

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Stultifera navis**

**Brant, Sebastian**

**Paris, 1498**

Epigrama Thome beccadelli Cymbri

[urn:nbn:de:bsz:31-65093](#)

## CLII

Sic quoq; uertemus cancri tam mobile signum:  
 Ut cauda obtorta scorpio proueniat:  
 Iupiter aspicer uultu nos forte sereno:  
 Firmior Alcocothen Mars quoq; noster erit.

Oul. xV.  
metha.

Sic breuiter stultos transcurrimus: ordine rupto:  
 Qui fuerat regni magna ruina sui:  
 Dumq; modum & normam bene usuēdi atq; beate  
 Peruertunt:patriam, regna, perdiderant:  
 Vale inclyte lector.

**E**pigrāma Thome beccadelli Cymbri  
 adolescētuli primarii & impuberis ad D. Sebastianū  
 Brant: utriusq; iuris doctorem: poetā Argutissimū:  
 Argentineñ.

Augescit merito foelix Germania fama:  
 Iam poterit laudes scribere docta suas:  
 Cedere iam poterit, poterit quoq; tradere palmam  
 Ausonia: & cedet grēcia magna sibi.  
 Iste iura nitent: astrēaq; uirgo gubernat:  
 Celiturgisq; patent sydera queq; uiris,  
 Pythagore hi celebrant: hi docti dogma Platonis  
 Hic reperis uires o medicina tuas:  
 Hic quoq; & Aonio reuocantur uertice muse:  
 Et multis capitil est delia laurus honos.  
 Vnum sed uolitans extollit fama poetam  
 Pegaseo mersit qui bene fonte caput  
 Quem leges nec iura latent: sic iura nitere  
 Carmīnibus poterunt, pieriis q; modis:  
 O patrię columen, nostrę quoq; gloria gentis  
 Brante: tuę uates firma columna domus.  
 Italicas nunq; uenisti miror ad oras:  
 Iura tamen calles: Aoniumq; melos.

Thomas  
Beccadel;  
lus. Bono  
nie studēs